M0007158: Manuscript page from Chirurgia Albucasis

Publication/Creation

30 July 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/uuw4jr22

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

De cauterizatione raucedinis vocis et com[...]

Quando vim strictionem anhelitus. R[...] [...]ccunt humiditates super canalem pulmonis et precipue quando illud est cum frigiditate complexionis. tunc oportet ut evacuetur in primis infirmus cum medicinis solutivis. deinde cauteriza ipsum in [...]ata apud radicem gutturis in loco depresso. et cave ne pervenias cum cauterio ad guttur in [...] nisi quod dicam. deinde cauteriza ipsum cauterio alio apud iuncturam colli in ultima spondili et ultima [...] et sit cauterium clavile secundum modum quod precessit. deinde cura ipsum cum eo quod precessit donec sanetur.

De cauterizatione egritudinis pulmonis

Quando tussis et egritudines pulmonis [...] tussis. fuit ab humoribus frigidis et infirmus non habet febrem neque passionem et est egritudo antiqua. tunc cauteriza ipsum duobus cauteriis super furculam in locis depressis levibus vacuis. et cauterio alio in medio pectoris inter duas mamillas et sit cauterium clavile secundum formam que precessit. Et si vis sit cauterizatio tua punctuato cum cauterio quod nominatur punctum cuius forma precessit in punctuatione doloris lateris. nam sunt puncta [...] punctus usque quasi ad illa. deinde cura ipsum cum eo quod precessit donec sanetur. Iam fit cauterium habens tres ramos secundum hanc formam.

Et valeatur cum eo cauterizatio. quia cauterizas cum eo tria cauteria una vice. deinde eleva cutem que est interior ascille ad superiora cum digitis manus tue. De cau[terizatione dislocationis adiutorii]

Quando dislocatur [...] capitis adiutorii cum humiditate ascille [...] lubricantium. et non figitur in hora reductionis sue a dislocatione sua donec fit ei illud consuetudo reductionis. deinde dislocatur a parvo motu qui accidit. sicut nos iam testificavimus illud. tunc oportet. ut reducas dislocationem in primis. deinde resupinet infirmus super dorsum suum aut super latus sanum. deinde eleva cutem que est in interiori ascille. ad superiora cum digitis manus tue sinistre. Et si iunctura dislocatur ad interiora. deinde igitur cauterium habens duo veru. cuius forma hec est.

deinde cauteriza cutem donec penetret eam usque ad latus aliud. et veniet figura cauterizationis cum quatuor cauteriis. Et quandoque fit cauterizatio cum cauterio habente tria veru. Et erit figura cauterizationis. tunc sex cauteriorum. et sunt veru secundum subtilitatem [...]. et hec est forma cauterii habentis tria veru.